www.e-rara.ch

# Summa iuris canonici comprehensa tribus partibus

**Strein, Johann**

**Coloniae Agrippinae, 1658**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: RRr 50

Persistent Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-31071

Prolegomena ad iuris canonici summam.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# PROLEGOMENA
## AD
# JURIS CANONICI
# SVMMAM.

VEstibulum ædificiorum deſcribens *Cæcilius Gallus* in libro de ſignificatione verborum, quæ ad Ius Civile pertinent, ſecundo, dicit, non in ipſis ædibus, neque partem ædium, ſed locum eſſe ante januam domus vacuum, per quem à viâ aditus, acceſſusque ad ædes eſt, quum dextrâ, ſiniſtrâque intra ianuam tecta ſunt viæ iuncta, atque ipſa ianua procul viâ eſt, areâ vacanti interſitâ. *Gell. l. 16. c. 5.* Adderet viatorum commodo factum, ſi vel conſiſtere, vel facili & ſecuro introitu domum ſubire vellent. Ardua eſſe ſcientiarum, multisque impervia templa, & qui penetrârunt, & qui aberrarunt, una confitentur. Conſiſtendum multis diu, & fixo gradu meditanda, quorũ poſt uſus in uſu, & pretio. Vt tædeat affatim, perſtitiſſe, voluiſſe & revoluiſſe nequaquã pœnitebit. Beneficiũ autẽ non vulgare præſtaturi ſunt, qui ingreſſuris difficile iter complanant, animum corroborant, & obſtacula ſubmovent: cuiuſmodi ut in aliis diſciplinis, Iuris Canonici præſertim facultate principiorum quorundam, quibus ipſæ aſſertiones nituntur, eſt defectus, & ignoratio. Præclarè *Angelus Conſil.* 110. *Sanctiſſima, &c.* Principium artis ſcire oportet, aliàs principati proceſſum ignorare neceſſe eſt. Quocirca operæ pretium mihi facturus videor, ſi quæ illius ſcientiæ, conditio ſit, quis modus procedendi, quibus adminiculis nitatur, præliminaribus quibuſdam articulis dedero, exemplo illorum, qui eximiâ tum ingenii, tum doctrinæ commendatione idem præſtiterunt. Erit hoc veſtibuli inſtar, inter viam, & januam, ubi tantiſper novi auditores prima initia meditentur, donec reſeratis foribus in ipſa ſacri Iuris penetralia admittantur.